



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

I. Si quis volens, partem sui corporis amputauerit, clericus esse non potest: nolens autem, potest.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

dilectionem tuam memorem Canonum approbamus. Scripsisti ergo, quod feruore fidei quo polles, & amore sanctæ plebis, vel reparaueris ecclesias Dei, vel nouas quasque construxeris: sed in his clericos, quos constitutas non habere: aliquos vero \* mutilos, aliquos bigamos \* man-  
 esse. Ad quod stupuimus, prudentem virum de his voluisse consulere quæ omnibus sunt certa ratione comperta. Ergo non quasi ignoranti dicimus, sed in aliis forsitan occupatos, istud oblitos vos esse dicimus.

## I.

Dist. 55. Qui  
partem.  
Can. 1.  
Conc. Ni-  
cæni.

Qui igitur partem cuiuslibet digiti sibi ipsi volens abscidit, hunc ad clerum Canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens, se non sponte percussit, hos Canones præcipiunt & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abiici. In illis enim voluntas \* iudicata \* vindi-  
 est, quæ sibi ausa fuerit ferrum iniicere, quod scilicet & alii id facere \* dubitari non possit: in istis vero casus veniam meruit. \* dubitare non possunt.

## II.

1. Tim. 3.  
Tit. 1.

De bigamis autem nec consuli debuit, quod manifesta lectio sit Apostoli, vnius vxoris virum, ad sacerdotium siue ad clericatum admitti debere, & hanc ipsam tamen si virginem accepit. Nam ea, quæ habuerit ante virum, licet defunctus sit, tamen si clerico postea fuerit copulata, clericus, qui eam acceperit, esse non poterit: quia in lege cautum est, non viduam, non abiectam habere posse coniugem sacerdotem.

Leuit. 21.

## III.

Dist. 51. De-  
signata  
sunt.

De laicis vero religio tua consuluit, quos Canones ordinare prohibeant. Certum est quidem, hoc regulas ecclesiasticas continere, sed non ita definitum est, vt de omnibus sit laicis constitutum. Neque enim clerici nasci, \* & non fieri possunt: sed designata sunt genera, de quibus ad clericatum peruenire non possunt, id est, si quis fidelis militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulauerit, si quis fidelis administrauerit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam etsi inueniantur huiusmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sæpius ad curiam repetuntur, cauendum ab his est, pro-  
 pter

for. \* sed  
fieri